BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh. Seite 30r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



Sed illi praeceleris ibi specialis gaudio carminis
sublimantur. qui hic generale uitam fideliū priui
legio sacrae uirginitatis transcenderunt,
Tres scyphi quasi in nucis modū p singulos calamos.
speruleaq; simul et liliū, et tres similiter scyphi
instar nucis in calamo altero speruleaeq; et lilium.
hoc erit opus sex calamorū qui producendi sunt de hastili;
Nucem in figura p̄sentis ecclae poni solere testatur
salomon. qui ex p̄sona doctorū fideliū loquitur.
discendi. dicens in cantico canticorū, ad hortū
nucū ut uiderem poma conuallis; Sicut enim nux
dulcem quidem habet fructū interius. sed n̄ hunc
ostendere foris. nisi fracta teste duritia potest.
sic iustorū uita p̄sens. ita suauitatē gratie spīalis
intimo corde conseruat. ut haec a proximis quan
ta sit nullatenus ualeat perspici. donec soluto
corporis domicilio libere sē animae ipsorū alter
utrū in caelesti luce conspiciant; et quanta singu
lae gratia sci spr fulgeant. quantū unaquaeque dili
gatur ab altera nulli prorsus remaneat occultum;
fiuntq; scyphi in candelabro ad nucis modum.
cum qui libet electi uino sapientie repleri deside
rantes. ad exemplū sē sē informare satagunt pre
cedentiū iustorū. quos magna inuisibiliū bonorū